



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp1.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia.

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 2

Proemium

Et primo quaeritur utrum in divinis sit generativa potentia.

Secundo utrum potentia generativa in divinis dicatur essentialiter vel notionaliter.

Tertio utrum potentia generativa in actum generationis procedat per imperium voluntatis.

Quarto utrum in divinis possint esse plures filii.

Quinto utrum potentia generandi sub omnipotentia comprehendatur.

Sexto utrum potentia generandi et potentia creandi sint idem.

Articulus 1

Et primo quaeritur utrum in divinis sit potentia generativa.

Et videtur quod non.

Arg. 1. Omnis enim potentia vel est activa vel passiva. Sed in divinis non potest esse potentia passiva aliqua; nec ibi generativa potentia potest esse activa; quia sic filius esset actus vel factus, quod est contra fidem. Ergo in divinis non est potentia generativa.

Arg. 2. Praeterea, secundum philosophum, cuius est potentia, eius est actio. Sed generatio non est in divinis. Ergo nec generativa potentia. Probatio mediae. Ubi est generatio ibi est communicatio naturae, et receptio eiusdem. Sed cum recipere sit materiae, vel passivae potentiae, quae in divinis non est, receptio Deo competere non potest. Ergo in divinis non potest esse generatio.

Arg. 3. Praeterea, generans oportet esse distinctum a genito. Non autem secundum illud quod generans communicat genito, quia in hoc potius conveniunt. Ergo debet esse in genito aliquid aliud ab eo quod est sibi per

generationem communicatum; et ita oportet omne genitum esse compositum, ut videtur. In divinis autem non est aliqua compositio. Ergo non potest esse genitus Deus; et sic non est ibi generatio; et ita ut prius.

Arg. 4. Praeterea, nihil imperfectionis est Deo attribuendum. Sed omnis potentia respectu sui actus, imperfecta est, tam activa quam passiva. Ergo potentia generativa in Deo ponenda non est.

Arg. 5. Sed dicit respondens, quod hoc est verum de potentia non coniuncta actui.- Sed contra, omne quod perficitur per alterum est minus perfectum eo per quod perficitur. Sed potentia coniuncta actui perficitur per actum. Ergo actus est ea perfectior; et sic etiam potentia actui coniuncta, respectu actus, imperfecta est.

Arg. 6. Praeterea, natura divina est efficacior in agendo quam natura creata. Sed in creaturis invenitur natura aliqua quae non operatur per aliquam potentiam mediam sed per se ipsam, sicut sol illuminat aerem et anima vivificat corpus. Ergo multo fortius divina natura non per aliquam potentiam, sed per se ipsam est principium generationis; et ita in divinis non est ponenda potentia generativa.

Arg. 7. Praeterea, generativa potentia aut attestatur dignitati aut indignitati. Non autem attestatur dignitati, quia sic in superioribus creaturis esset magis quam in infimis, scilicet in Angelis et caelestibus corporibus magis vel potius quam in animalibus et in plantis. Ergo attestatur indignitati, et sic non est in Deo ponenda.

Arg. 8. Praeterea, in rebus inferioribus duplex invenitur generativa potentia: scilicet completa ut in his quorum generatio est per sexuum commixtionem; et incompleta quae est sine sexuum commixtione ut in plantis. Cum ergo completa Deo non attribuatur, quia non potest poni in divinis sexuum commixtio, videtur quod nullo modo sit ibi potentia generativa.

Arg. 9. Praeterea, sub potentia non cadit nisi possibile, cum potentia respectu possibilis dicatur. Sed generationem esse in divinis, non est possibile vel contingens, cum sit aeternum. Ergo respectu eius, potentia in divinis dici non potest; et sic non est ibi generativa potentia.

Arg. 10. Praeterea, potentia Dei cum sit infinita, non finitur neque ad actum neque ad obiectum. Sed si sit in Deo potentia generativa, eius actus erit generatio, effectus vero filius. Ergo potentia patris non se habebit tantum ad unum filium generandum, sed ad plures; quod est absurdum.

Arg. 11. Praeterea, secundum Avicennam quando res aliqua habet aliquid tantum ab altero, ei secundum se consideratae attribuitur oppositum eius, sicut aer qui non habet lumen nisi ab alio secundum se consideratus est tenebrosus, et per hunc modum omnes creaturae, quae habent ab alio esse, veritatem et necessitatem, secundum se consideratae, sunt non entes, falsae et impossibiles. Sed nihil tale potest esse in divinis. Ergo non potest ibi esse aliquis qui tantum habeat esse ab altero; et ita non potest ibi esse aliquis genitus; et per consequens nec generatio nec generativa potentia.

Arg. 12. Praeterea, in divinis filius non habet aliquid nisi quod a patre accipit; aliter sequeretur quod esset ibi compositio. Sed a patre accipit essentiam. Ergo in filio non est nisi essentia. Si ergo est ibi generatio, vel filius est genitus, oportebit essentiam esse genitam; quod est falsum, quia sic essentia distingueretur in divinis.

Arg. 13. Praeterea, si pater generat in divinis, oportet quod ei conveniat secundum suam naturam. Sed eadem est natura in patre et filio et spiritu sancto. Ergo eadem ratione et filius et spiritus sanctus generabunt; quod est contra fidei documenta.

Arg. 14. Praeterea, natura quae perpetuo et perfecte in uno supposito invenitur, non communicatur alteri supposito. Sed natura divina perfecte invenitur in patre, et perpetuo, cum sit incorruptibilis. Ergo alteri supposito non communicatur; et ita non est ibi generatio.

Arg. 15. Praeterea, generatio est species mutationis. Sed in divinis non est aliqua mutatio. Ergo nec generatio: ergo nec generativa potentia.

Sed contra 1. Secundum philosophum perfectum unumquodque est quando potest alterum tale facere quale ipsum est. Sed Deus pater est perfectus. Ergo potest alterum talem facere qualis ipse est; et sic potest filium generare.

Sed contra 2. Praeterea, Augustinus dicit quod si pater generare non potuit, impotens fuit. Sed in Deo nullo modo est impotentia. Ergo potuit generare: et sic est ibi potentia generandi.

Conclusio. Respondeo. Dicendum, quod natura cuiuslibet actus est, quod seipsum communicet quantum possibile est. Unde unumquodque agens agit secundum quod in actu est. Agere vero nihil aliud est quam communicare illud per quod agens est actu, secundum quod est possibile. Natura autem divina maxime et purissime actus est. Unde et ipsa seipsam communicat quantum possibile est. Communicat autem se ipsam per solam similitudinem creaturis, quod omnibus patet; nam quaelibet creatura est ens secundum similitudinem

ad ipsam. Sed fides Catholica etiam alium modum communicationis ipsius ponit, prout ipsamet communicatur communicatione quasi naturali: ut sicut ille cui communicatur humanitas, est homo, ita ille cui communicatur deitas, non solum sit Deo similis, sed vere sit Deus.

Oportet autem circa hoc advertere, quod natura divina a formis materialibus in duobus differt: primo quidem per hoc quod formae materiales non sunt subsistentes; unde humanitas in homine non est idem quod homo qui subsistit: deitas autem est idem quod Deus; unde ipsa natura divina est subsistens. Aliud est quod nulla forma vel natura creata est suum esse; sed ipsum esse Dei est eius natura et quidditas; et inde est quod proprium nomen ipsius est: *qui est*, ut patet Exod. cap. III, 14, quia sic denominatur quasi a propria sua forma.

Forma ergo in istis inferioribus, quia per se non subsistit, oportet quod in eo cui communicatur, sit aliquid aliud per quod forma vel natura subsistentiam recipiat: et haec est materia, quae subsistit formis materialibus et naturis. Quia vero natura materialis vel forma, non est suum esse, recipit esse per hoc quod in alio suscipitur; unde secundum quod in diversis est, de necessitate habet diversum esse: unde humanitas non est una in Socrate et Platone secundum esse, quamvis sit una secundum propriam rationem.

In communicatione vero qua divina natura communicatur, quia ipsa est per se subsistens, non requiritur aliquid materiale per quod subsistentiam recipiat; unde non recipitur in aliquo quasi in materia, ut sic genitus, ex materia et forma inveniatur compositus. Et quia iterum ipsa essentia est suum esse, non accipit esse per supposita in quibus est: unde per unum et idem esse est in communicante et in eo qui communicatur; et sic manet eadem secundum numerum in utroque.

Huius autem communicationis exemplum in operatione intellectus congruentissime invenitur. Nam ipsa divina natura spiritualis est, unde per exempla spiritualia melius manifestatur. Cum enim alicuius rei extra animam per se subsistentis noster intellectus concipit quidditatem, fit quaedam communicatio rei quae per se existit, prout a re exteriori intellectus noster eius formam aliquo modo recipit; quae quidem forma intelligibilis, in intellectu nostro existens, aliquo modo a re exteriori progreditur. Sed quia res exterior diversa a natura intelligentis est; aliud est esse formae intellectus comprehensae, et rei per se subsistentis.

Cum vero intellectus noster sui ipsius quidditatem concipit, utrumque servatur: quia videlicet et ipsa forma intellecta ab intelligente in intellectum aliquo modo progreditur cum intellectus eam format; et unitas quaedam

servatur inter formam conceptam quae progreditur et rem unde progreditur, quia utrumque habet intelligibile esse, nam unum est intellectus, et aliud est intelligibilis forma, quae dicitur verbum intellectus. Quia tamen intellectus noster non est secundum suam essentiam in actu perfecto intellectualitatis, nec idem est intellectus hominis quod humana natura; sequitur quod verbum praedictum etsi sit in intellectu, et ei quodammodo conforme, non tamen sit idem quod ipsa essentia intellectus, sed eius expressa similitudo.

Nec iterum in conceptione huiusmodi formae intelligibilis, natura humana communicatur, ut generatio proprie dici possit, quae communicationem naturae importat. Sicut autem in nostro intellectu seipsum intelligente invenitur quoddam verbum progrediens, eius a quo progreditur similitudinem gerens; et ita in divinis invenitur verbum similitudinem eius a quo progreditur habens. Cuius processione in duobus verbi nostri processionem superat. Primo in hoc quod verbum nostrum est diversum ab essentia intellectus, ut dictum est; intellectus vero divinus qui in perfecto actu intellectualitatis est secundum suam essentiam, non potest aliquam formam intelligibilem recipere quae non sit sua essentia; unde verbum eius unius essentiae cum ipso est, et iterum ipsa divina natura eius intellectualitas est; et sic communicatio quae fit per modum intelligibilem, est etiam per modum naturae, ut generatio dici possit; in quo secundo processionem verbi nostri Dei verbum excedit. Et hunc modum generationis Augustinus assignat.

Quia vero de divinis loquimur secundum modum nostrum,- quem intellectus noster capit ex rebus inferioribus, ex quibus scientiam sumit,- ideo sicut in rebus inferioribus cuicumque attribuitur actio, attribuitur aliquod actionis principium, quod potentia nominatur; ita et in divinis, quamvis in Deo non sit differentia potentiae et actionis, sicut in rebus creatis. Et propter hoc, generatione in Deo posita, quae per modum actionis significatur, oportet ibi concedere potentiam generandi, vel potentiam generativam.

Ad primum ergo dicendum, quod potentia quae in Deo ponitur nec proprie activa nec passiva est, cum in ipso non sit nec praedicamentum actionis nec passionis, sed sua actio est sua substantia; sed ibi est potentia per modum potentiae activae significata. Nec tamen oportet quod filius sit actus vel factus, sicut nec oportet quod proprie sit ibi actio vel passio.

Ad secundum dicendum, quod cum recipere terminetur ad habere, sicut ad finem; dupliciter dicitur aliquid esse recipiens, sicut dupliciter est, habens. Habet enim uno modo materia formam suam, et subiectum accidens, vel qualitercumque habitum est extra essentiam habentis; habet autem alio modo suppositum naturam, ut hic homo humanitatem; quae quidem non est extra essentiam habentis, immo est eius essentia. Socrates enim est vere id quod

homo est. Genitus ergo in humanis etiam non recipit formam generantis sicut materia formam, vel sicut subiectum accidens sed sicut suppositum vel hypostasis habet naturam speciei; et similiter est in divinis. Unde non oportet quod sit in Deo genito aliqua materia vel subiectum naturae divinae: sed quod ipse filius subsistens sit qui naturam divinam habeat.

Ad tertium dicendum, quod Deus genitus non distinguitur a Deo generante per aliquam essentiam additam, cum, sicut dictum est, non requiratur aliqua materia in qua recipiatur natura divina. Distinguitur autem per ipsam relationem, quae est ab alio habere naturam, ita quod in filio ipsa relatio filiationis tenet locum omnium principiorum individuantium in rebus creatis (propter quod dicitur proprietas personalis), ipsa autem natura divina tenet locum naturae speciei. Quia autem ipsa relatio secundum rem a natura divina non differt, non fit ibi aliqua compositio, sicut apud nos ex principio speciei et ex individuantibus quaedam compositio relinquatur.

Ad quartum dicendum, quod ratio illa procedit, quando potentia illa ab actu differt, sive sit coniuncta actui, sive non; hoc autem non habet locum in divinis.

Et sic patet solutio **ad quintum**.

Ad sextum dicendum, quod omne illud quod est principium actionis, ut quo agitur, habet potentiae rationem; sive sit essentia, sive aliquod accidens medium, puta qualitas quaedam inter essentiam et actionem. In creaturis tamen corporalibus vel vix vel nunquam invenitur aliqua actio alicuius naturae substantialis nisi mediante aliquo accidente: sol enim mediante luce quae in ipso est, illuminat. Quia vero anima vivificat corpus est per essentiam animae. Sed vivificare, licet per modum actionis dicatur, non tamen est in genere actionis, cum sit actus primus magis quam secundus.

Ad septimum dicendum, quod in creaturis non potest esse generatio sine divisione essentiae vel naturae secundum esse, cum natura non sit suum esse; et ideo in creaturis est generatio cum aliqua indignitate: et propter hoc in creaturis nobilioribus non competit generatio. Sed in Deo potest esse generatio huiusmodi sine huiusmodi vel alia imperfectione; et ideo nihil prohibet generationem ibi ponere.

Ad octavum dicendum, quod illa ratio procedit de generatione materiali; unde ad propositum, locum non habet.

Ad nonum dicendum, quod illud quod est obiectum potentiae activae vel passivae cuius actio vel passio est cum motu, oportet esse possibile et

contingens, cum omne mobile huiusmodi sit. Talis autem non est potentia generativa in Deo, ut dictum est; unde ratio non sequitur.

Ad decimum dicendum, quod filius Dei non se habet ad potentiam generativam sicut effectus, cum eum genitum, non factum confiteamur. Si tamen esset effectus, potentia generantis non finiretur ad ipsum, quamvis alius generari filius non possit, quia ipse infinitus est. Quod autem alius filius in divinis esse non potest, contingit, quia ipsa filiatio est proprietas personalis ipsius; et hoc quo, ut ita dicam, individuatur. Cuilibet autem individuo principia individuantia sunt soli sibi; alias sequeretur quod persona vel individuum esset communicabile ratione.

Ad undecimum dicendum, quod verbum illud Avicennae intelligendum est, quando id quod recipitur ab alio, non idem numero est in recipiente et dante, sicut accidit in creaturis respectu Dei. Unde omne receptum in creatura, est quasi unitas respectu esse divini: quia creatura non potest esse recipere secundum illam perfectionem quae in Deo est. Sed filius in divinis accipit a patre eandem naturam numero quam pater habet: et ideo non procedit.

Ad duodecimum dicendum, quod filius non habet aliquid realiter divisum ab essentia quam a patre recipit: sed hoc ipso quod a patre recipit, oportet in ipso esse relationem qua ad patrem referatur, et per quam ab eo distinguatur. Ipsa tamen relatio realiter ab essentia non differt.

Ad decimumtertium dicendum, quod licet eadem natura sit in patre et filio, est tamen secundum alium modum existendi, scilicet cum alia relatione et ideo non oportet quod quidquid convenit patri per naturam suam, conveniat filio.

Ad decimumquartum dicendum, quod creaturae per hoc quod participant naturam speciei, pertingunt ad divinam similitudinem: unde quod aliquod suppositum creatum subsistat in natura creata, est ordinatum ad alterum tamquam ad finem; et ideo ex quo sufficienter pervenitur ad finem per unum individuum, secundum perfectam et propriam participationem naturae speciei, non oportet aliud individuum in illa natura subsistere. Sed natura divina est finis: et non propter aliquem finem. Fini autem congruit ut communicetur secundum omnem possibilem modum. Unde quamvis ibi in uno supposito perfecte et proprie inveniatur; nihil prohibet quin etiam inveniatur in alio.

Ad decimumquintum dicendum, quod generatio est species mutationis ex parte illa qua natura per generationem communicata recipitur in aliqua materia, quae est mutationis subiectum. Hoc autem non accidit in divina generatione; ideo ratio non sequitur.



AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Questões disputadas sobre a potência de Deus.

[Tradução de B. Alves, R. Cajaraville & P. Faitanin]

Questão 2

Proêmio.

E primeiro se pergunta se na divindade há potência gerativa.

Segundo, se na divindade a potência gerativa se diz essencial ou conceitualmente.

Terceiro, se a potência gerativa, em ato de geração, procede por império da vontade.

Quarto, se na divindade podem existir muitos filhos.

Quinto, se a potência gerativa está compreendida sob a onipotência.

Sexto, se a potência gerativa e a potência de criar são a mesma.

Artigo 1

Em primeiro se pergunta se na divindade há potência geradora.

E parece que não.

Arg. 1. Com efeito, toda potência ou é ativa ou passiva. Ora, na divindade não nenhuma potência passiva; nem é possível que a potência geradora seja ativa; por causa disso o filho seria um ato ou um produto, o que é contrário à fé. Logo, na divindade não há potência gerativa.

Arg. 2. Além do mais, segundo o filósofo, conforme é a potência, assim é a sua ação. Ora, não há a geração na divindade. Logo, nem a potência geradora. Prova-se a premissa mediana: em qualquer lugar onde há geração há também comunicação da natureza, e a recepção da mesma. Ora, como receber é característico da matéria, ou da potência passiva, que não há na divindade, não pode convir a Deus receber. Logo, na divindade não pode haver geração.

Arg. 3. Além disso, é necessário que o gerador seja distinto do gerado. Mas não segundo ao que o gerador comunica ao gerado, porque isso maximamente lhes convém. Logo, deve haver no gerado alguma outra coisa distinta daquele que lhe comunicou por geração; e, assim, é necessário que todo gerado seja composto, como parece. Mas na divindade não há composição alguma. Logo,

Deus não pode ser gerado; e, desta forma, não há n'Ele geração. E da mesma forma como antes.

Arg. 4. Além do mais, nenhuma imperfeição é atribuída a Deus. Ora, toda a potência a respeito de seu ato é imperfeita, tanto ativa quanto passiva. Logo, não se pode colocar a potência geradora em Deus.

Arg. 5. Mas se responde dizendo que isto é verdade na potência que não está unida ao ato. – Ao contrário, todo o que se aperfeiçoa por outro é menos perfeito do que aquele pelo qual se aperfeiçoa. Ora, a potência unida ao ato se aperfeiçoa pelo ato. Logo, o ato é mais perfeito que esta; e, assim, a potência unida ao ato, em relação ao ato, é imperfeita.

Arg. 6. Além do mais, a natureza divina é mais eficaz em agir do que a natureza criada. Ora, nas criaturas é encontrada na natureza algo que não age por meio de alguma potência, mas por si mesma, assim como o Sol ilumina o ar e a alma vivifica o corpo. Logo, com maior razão, a natureza divina não é movida por outra potência, porque ela é por si mesma, um princípio de geração; e deste modo na divindade não se deve colocar uma potência geradora.

Arg. 7. Além disso, a potência geradora ou revela a sua dignidade ou indignidade. Mas não revela a sua dignidade, por que, deste modo, ela seria maior nas criaturas superiores do que nas inferiores, isto é, seria maior nos anjos e nos corpos celestes do que nos animais e nas plantas. Logo, revela a sua indignidade, e, assim, não se aplica a Deus.

Arg. 8. Além do mais, a potência geradora se encontra nas coisas inferiores de dois modos: isto é, completa como nestes cuja geração é pela união de sexos, e incompleta que é sem a união sexual, como nas plantas. Portanto, como a completa não é atribuída a Deus, porque a Divindade não pode ser colocada em união carnal, parece que de nenhum modo existe aí a potência geradora.

Arg. 9. Além do mais, a potência se refere ao possível, pois a potência se diz em relação à possibilidade. Ora, a geração na divindade não é possível nem contingente, posto que é eterna. Logo, em relação àquele, não é possível afirmar a potência na divindade, e assim não há em Deus potência geradora.

Arg. 10. Além do mais, a potência de Deus por ser infinita, não é limitada nem em relação ao ato nem em relação ao objeto. Ora, se em Deus houver a potência geradora, seu ato seria de geração, e o efeito de fato seria o Filho. Logo, a potência do Pai não limitaria só a geração de um único filho, mas de muitos, o que é um absurdo.

Arg. 11. Além do mais, segundo Avicena, quando alguma coisa tem algo só pelo outro, se ela é considerada em si mesma, é-lhe atribuído o seu oposto, assim como o ar não possui luz senão por um outro, se considerado em si mesmo, é escuro. E deste modo todas as criaturas, que possuem o ser, a verdade e a necessidade por outro, se consideradas em si mesmas, não são entes, são falsas e impossíveis. Ora, nada semelhante é possível na divindade. Logo, não é possível aí existir algo que só tenha o ser por outro; e, assim, não é possível haver ali alguém gerado; e por consequência nem geração, nem potência geradora.

Arg. 12. Além do mais, na divindade o Filho não tem alguma coisa exceto o que recebe do Pai, de outro modo, seguiria que fosse composto. Ora, do Pai recebe a essência. Logo, no Filho não há senão a essência. Logo, se existe aí geração, seria necessário que a sua essência fosse gerada; o que é falso, porque deste modo a essência seria distinta de Deus.

Arg. 13. Além do mais, se o Pai gera na divindade, é necessário que seja conveniente segundo a sua natureza. Ora, do mesmo modo a natureza está no Pai e no Filho e no Espírito Santo. Logo, pela mesma razão, o Filho e o Espírito Santo gerariam; o que é contra a doutrina da fé.

Arg. 14. Além do mais, a natureza perpétua e perfeitamente que se encontra em um único sujeito, não é comunicada a outro sujeito. Ora, a natureza divina é encontrada perfeita e perpetuamente no Pai, enquanto incorruptível. Logo não se comunica a outro sujeito, e deste modo não há aí geração.

Arg. 15. Além do mais, a geração é uma espécie de mudança. Ora, na divindade não há mudança alguma. Logo, nem geração: portanto, nem potência gerativa.

Mas contra 1. Segundo o Filósofo, qualquer coisa é perfeita quando pode fazer a outra igual a si mesma. Ora, Deus é perfeito Pai. Logo, pode fazer outro igual tal como Ele mesmo, e pode assim gerar o Filho.

Mas contra 2. Além do mais, Agostinho diz que se o pai não pudesse gerar, seria impotente. Ora, não há de nenhum modo impotência em Deus. Logo, pode gerar: e, assim, há n'Ele potência geradora.

Conclusão. Respondo dizendo que a natureza de qualquer ato é pelo que comunica a si mesmo o quanto é possível. Por isso, qualquer agente opera segundo o que é em ato. De fato, agir não é outra coisa que comunicar àquele pelo qual o agente é ato, segundo o que é possível. No entanto, a natureza divina é ato máximo é puríssima. Donde a mesma comunica a si mesma quanto

seja possível. No entanto, comunica a si mesma às criaturas só pela semelhança, o que é evidente para todos; de fato, qualquer criatura é ente segundo àquela semelhança. Ora, além disso, a fé católica emprega ainda uma outra forma de comunicação de si mesma, à medida que ela mesma é comunicada a uma comunicação quase natural. Assim como aquele que é comunicado à humanidade é um homem, deste modo a ele é comunicada a divindade não somente enquanto seja similar a Deus, mas enquanto seja o verdadeiro Deus.

No entanto, é necessário advertir acerca disto, que a natureza divina difere das formas materiais de duas maneiras: primeira, certamente, por este, que a formas materiais não são subsistentes, donde a humanidade no homem não é igual ao que subsiste homem, donde a mesma natureza divina é subsistente. A outra, é que nenhuma forma ou natureza criada é seu ser, mas o mesmo ser de Deus é sua natureza e quiddidade; e é por isso que o Nome próprio d'Ele é: *o que é*, como é evidente em Ex. 3, 14, porque deste modo é denominado do mesmo que a sua própria forma.

Portanto, a forma nas coisas inferiores, porque por si não subsiste, é necessário que aquilo que se lhe comunica seja outra coisa pela qual a forma ou a natureza receba a subsistência; e esta é a matéria que subsiste pelas formas naturais e materiais. Porque, de fato, a natureza ou a forma material não é seu ser, ela recebe o ser mediante isso que adquire de outro. Assim, segundo é recebido em coisas diversas, por necessidade tem diverso ser; por isso a humanidade não é única em Sócrates e Platão segundo o ser, ainda que seja uma segundo a própria noção.

Com efeito, na comunicação pela qual se comunica a natureza divina, por ser ela mesma por si subsistente, não se requer algo material, pelo qual receba a subsistência; por isso não se recebe em algo como numa matéria, enquanto fosse gerado ou composto de matéria e forma. E porque a Sua essência é o seu próprio ser, não tem o seu ser pelo suposto ou sujeito em que é recebido: por isso, um único e o mesmo ser está no que comunica e naquele que recebe a comunicação; e assim permanece o mesmo numericamente em ambos.

E um exemplo muito congruente desta comunicação se encontra na operação intelectual. De fato, a própria natureza divina é espiritual, por isso se manifesta melhor com os exemplos espirituais. Quando, pois, o nosso intelecto concebe a quiddidade de alguma coisa subsistente por si mesma fora da alma, ocorre alguma comunicação daquilo que existe por si, na medida em que o nosso intelecto recebe de algum modo a forma desta por uma realidade exterior. E, na verdade, a forma inteligível existente em nosso intelecto, de algum modo, procede de uma realidade exterior. Ora, porque a coisa externa é

distinta por natureza daquela que entende; o ser da forma compreendida na inteligência é diferente da coisa que subsiste por si mesma.

De fato, quando o nosso intelecto concebe a sua própria quiddidade, ambos são conservados: por que, evidentemente, a mesma forma inteligida pelo intelecto, procede de algum modo no intelecto quando ele a forma; também se conserva certa unidade entra a forma concebida que procede e algo de onde procede, porque ambas possuem o ser inteligível, pois um é o intelecto e o outro é a forma inteligível, que se diz “verbo” do intelecto. No entanto, porque o nosso intelecto não conhece segundo a sua essência em ato perfeito de intelectualidade, nem é o mesmo o intelecto do homem e a natureza humana, segue-se que o referido “verbo”, ainda que exista no intelecto e que, de algum modo, se conforme a ele, contudo, ele não é o mesmo que a própria essência do intelecto, mas sua expressa similitude.

E de novo, na concepção da forma inteligível, a natureza humana não se comunica do mesmo modo como se pode dizer propriamente da geração, que traz consigo a comunicação da natureza. Mas assim como o nosso intelecto compreende a si mesmo, se encontra certo “verbo” que dele procede, que procede em semelhança daquele que o gerou; e, assim, na divindade se encontra um “verbo” semelhante àquele do qual procedeu. Mas a procedência deste verbo supera a nossa procedência por dois modos. Primeiro, neste nosso verbo a essência é diversa do intelecto, como foi dito; mas o intelecto divino, que é ato intelectual perfeito, segundo a sua essência, não pode receber qualquer forma inteligível que não seja a sua essência; por isso o seu verbo está unido com a mesma essência, e, desta forma, a mesma natureza divina é a sua intelectualidade; e, assim, a comunicação que se faz por modo inteligível, é também por modo natural, e pode ser chamada de geração. Segundo, a procedência do verbo de Deus excede o nosso verbo. E Agostinho, deste modo, assinala a geração.

Pois, de fato, chama-se de divindade segundo o nosso modo, – o que o nosso intelecto capta das coisas inferiores, das quais se toma como ciência, – da mesma forma que a ação é atribuída às coisas inferiores, o princípio da ação também é atribuído, que se denomina potência; e, assim, também na divindade, ainda que em Deus não seja diferente a potência e a ação, como nas coisas criadas. E, por causa disso, estabelecida a geração em Deus, que se entende segundo o modo da ação, é necessário admitir a potência de gerar ou a potência gerativa.

Ao primeiro, respondo, portanto, dizendo que a potência atribuída a Deus não é propriamente ativa, nem passiva, quando nele mesmo não há predicamento de ação nem paixão, mas a sua ação é a sua substância; porém

nele há potência, entendida pelo modo de potência ativa. No entanto, não é necessário que o Filho seja feito ou produzido, assim como não é necessário que haja nele ação ou paixão.

Ao segundo, respondo dizendo que com o receber determina-se o que se tem, assim como um fim; diz-se de dois modos que algo recebe ou tem o ser. A matéria tem, pois, de algum modo a sua forma e o sujeito um acidente, ou qualquer hábito é algo para além da essência que o possui; há, também, outro suposto na natureza, por exemplo, este homem e a humanidade; que certamente não está além da essência possuída, pois é aquela essência. Sócrates é verdadeiramente aquele que o homem é. Portanto, gerado entre os homens, não recebe a forma do que gera, assim como a matéria recebe a forma, ou como o sujeito recebe o acidente, mas como suposto ou hipóstase, tem a natureza da espécie; e similarmente é na divindade. Por isso, não é necessário que seja gerado em Deus por alguma matéria ou sujeito da natureza divina: mas que o próprio filho é subsistente porque possui a natureza divina.

Ao terceiro, respondo dizendo que o Deus gerado não se distingue do Deus gerador por alguma essência acrescentada, pois, assim como foi dito, não se requer nenhuma matéria para receber a natureza divina. Porém se distingue pela mesma relação, que é ter a natureza por outro, assim, no Filho a mesma relação filial ocupa o lugar de todos os princípios de individuação das coisas criadas (pelo que se diz: propriedade pessoal), a mesma natureza divina ocupa um lugar na natureza da espécie. No entanto, por causa da própria relação segundo a realidade, se diferencia da natureza divina; não ocorre aí nenhuma composição, como permanece em nós uma certa composição do princípio da espécie e das coisas que individualizam.

Ao quarto, respondo dizendo, que o argumento é procedente quando a potência difere do ato, ou se liga ao ato, além disso, este não possui lugar na divindade.

E assim fica evidente a solução para **o quinto**.

Ao sexto, respondo dizendo que todo aquele que é o princípio da ação, assim enquanto opera, possui natureza de potência; isto é, é essência, ou algum acidente intermediário, por exemplo, certa qualidade estimada entre a essência e a ação. Afinal, nas criaturas corporais dificilmente ou nunca é encontrada alguma ação de alguma natureza substancial que não seja por meio de algum acidente: o Sol ilumina por meio da luz que é lhe própria. Porque é pela essência da alma que a alma verdadeiramente vivifica o corpo. Ora, é lícito vivificar ainda que se diga que seja pelo modo da ação, todavia não é no gênero da ação, porque o ato primeiro é maior que o segundo.

Ao sétimo, respondo dizendo que nas criaturas não pode haver geração sem divisão da essência ou da natureza segundo o ser, pois a natureza não é o seu ser; e da mesma forma nas criaturas há geração com alguma indignidade: e por causa disto nas criaturas mais nobres não compete a geração. Ora, em Deus pode haver uma geração semelhante, sem que haja deste modo uma imperfeição. E, por isto, nada proíbe admitir n'Ele a geração.

Ao oitavo, respondo dizendo, que aquele argumento procede com relação à geração material; por isso não há lugar no nosso propósito.

Ao nono, respondo dizendo que, aquele que é objeto da potência ativa ou passiva, cuja ação ou paixão ocorre com o movimento, é necessário que seja possível e contingente, pois todo móvel é desta forma. Mas assim não é a potência geradora em Deus, como foi dito; e por esta razão não procede o argumento.

Ao décimo, respondo dizendo que não se aplica ao filho de Deus a potência geradora como efeito, posto que confessamos ser gerado, não criado. Se afinal fosse um efeito, a potencia do que gera não terminaria no mesmo, na medida em que não pode ser gerado outro filho, porque Ele é infinito. Além disso, não pode existir outro filho na divindade, porque mesma filiação é propriedade pessoal do Filho; e, de tal modo, é individuado, como tem sido proclamado. Por outra parte os princípios da individuação são somente para ele mesmo; de outro modo se seguiria que a pessoa ou o indivíduo fosse comunicável por natureza.

Ao décimo primeiro, respondo dizendo que aquela palavra de Avicena deve ser compreendida quando o que se recebe de outro não é o mesmo numericamente naquele que recebe e que dá, como ocorre nas criaturas em relação a Deus. Por isso, tudo que é recebido nas criaturas é quase uma unidade em relação ao ser divino: porque a criatura não pode receber segundo a perfeição que há em Deus. Ora, o Filho na divindade recebe do Pai a mesma natureza em número que possui o Pai: e, por causa disso, não procede.

Ao décimo segundo, respondo dizendo que o filho não tem realmente algo separado pela essência a qual recebe do Pai: mas isto mesmo que recebe do Pai, importa que resida nisso a relação com o Pai, pelo qual se distingue d'Ele. Todavia, esta mesma relação não difere realmente pela essência.

Ao décimo terceiro, respondo dizendo que ainda que a mesma natureza exista no Pai e no Filho, isso é segundo algum modo de existência, ou seja,



com uma relação distinta e desta forma não é necessário que tudo o que convenha ao Pai pela sua natureza, convenha ao Filho.

Ao décimo quarto, respondo dizendo que às criaturas lhe pertence a natureza divina pelo que participam da natureza da espécie, por isso para que algum suposto criado subsista na natureza criada, está ordenado a outro como como a seu fim. E pelo que se alcança suficientemente o fim por um indivíduo, segundo a perfeita e própria participação da natureza na espécie, não é necessário que outro indivíduo subsista naquela natureza. Ora, a natureza divina é o fim e não existe por causa de algum fim. Além disso, é congruente ao fim que é comunicado segundo todo modo possível. Por isso, ainda que se encontre num suposto própria e perfeitamente, nada proíbe que se encontre em outro.

Ao décimo quinto, respondo dizendo que a geração é uma espécie de mudança pela qual a natureza comunicada por geração é recebida por outra matéria, que é o sujeito da mudança. Ora, isso não ocorre na geração divina; por isso o argumento não procede.